

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

77. 85



ELEGIA CONSOLATORIA.

AD

Nobilissimum strenuum virum, autoritate & gravitate præstantissimum

DN. BERNHARDUM AB ARNIMB, ELECTORALEM BRANDENB. IN MESO-

Marchia Generalem, Cæsariæ Maij: belli, Commissarium, in Löhmen &c.

Hæreditarium ubi serio conquerebatur

Mortem.

URSULÆ SOPHIAE, FILIÆ SUÆ CHARISS: DE OVERÒ MULTÒ AMANTISSIMÆ,
qua & spe, & estate, & genere flos nobilissimus, ceteris terræ floribus florescentibus, 13. Aprilis
emarcuit, & post 16. Junij multis lachrimis ac solennissimè terra est
demandata.

superadieas ergo Scripta.


a

PETRO BRUNONIS, Pastore

Quem.

Integritas ferè opprimit, Magnificentia verd

Dn. FRANCISCI JOACHIMI AB ARNIMB in Zicho,
iterum consolatur & alit.


Uò spettas oculis, aures sub vertice cœli
Quò spargis, leto cuncta repleta sono.
Omnia nunc rident, cœca ceu morte sepulta
Cum iam vivescant: Machina tota soli.
Que quoq; Mortali præbent calcaria, pessim
Ut delectatus carmina grata ferat.
Conscendo verum tua limina, Fautor amande,
Undiq; mœroris flumine cuncta scatent.
Gaudia spernuntur, planctus, suspiria regnant,
Quilibet ah, heu, heu, voce dolente, gemit.
Res ingens: major sed causa recognita multis,
Et diris lachrimis non referenda satis.
Filia, connubij pignus, flos stemmatus, atq;
Lilia pulchra domus; morte perempta cadit:
Morte perempta cadit; flores cum morte resurgent:
Perturbat; reliqui cum sua plectra movent:
Indolis & lucrum patres de prole futurum
Vix cum sperabant; spesq; peritq; lucrum.
Hoc dignum lachrimis; storgæ, queis nemo resistat
Et ratione carens, ag, dolere jubent:
Hoc dignum lachrimis; rerum mandante parente,
Cui parere pius jure tenetur homo.
Non tamen ut populus cuncto solamine nudus,
Sed potius summi patris amore cubans.
Talis enim nutu, quæ nos adversa molestant
Numinis, ad metam scit properare bonam.
Quod pungit; sanat: cumulat juga mole Jebovab,
Et suffulcendo robore portat onus.

Sic Fautor tecum: defunctæ est causa Jebovab,
Gaudia quam lachrimas plura favore ciens.
Et sibi: dum fundat, Genus, & pater, atq; puella
Hos, bene cuncta facis: laus tibi Christe: sonos.
Et tibi: dum curas, quæ te de prole fatigant,
Sustollit merito cœlica cura patris.
Proli & : cui præstat cœlorum pondere fænus
Et pelagi majus, divitijsq; soli,
Oscula ut infixum patri, si millia centum
Nacta foret Mundum, sponte redire neget.
Aurea secla tenet, quoisævi vulnera Martis
Desunt; ac mortis quois fugit omne malum.
Non extructa manus, domus, at pulcherrima tempe,
Atq; Abrabæ, vivit quo, bonitate sinus.
Sortem habet, ut demptis lachrimis suspiria castæ
Hinc, Monicæ spirans, evolet omnis homo.
URSULA flos quondam, quo non velocior ullus:
Nunc florens LAURUS, non peritura poli.
Usq; SOPHIA patri proles, sed diligit illam
Plus DEUS, & facili portat amore sinu.
PIGNORIS instar erat certa non sede morantis,
At moriens hæres nunc sacra regna colit.
Unius & Trini faciem perspectat in ævum,
Cumq; Choris sanctis gaudia semper habet.
Gaudia perpetuis haud deficientia seclis
Gaudia mensuram non habitura suam.
Siste igitur lachrimas, Fautor, de promoto vota
Judicis ut justi non prorogetur iter.

STETINI, ex Chalcographo GEORGII GOETSCHII, Anno 1628.

77. 85





Nr 1996.

8



nicht aufz., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln.
28 a / 50 1996 /

VS 17

1996

